



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

12. Exemptio, an præscriptione amittatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

num. 2. Ubi patet, quod possessio incorporalium non potest quæri sine scientia & patientia possessoris, not. Innoc. in cap. bonæ 2. de potest. Prælat. in cap. conquirente de offic. ord. Barth. l. 1. ff. de aqua plu. arcend. facit quod notat. Innoc. ca. olim & 3. de de test. spol. & in cap. 2. de restit. in integ. ubi dicit, quod si subditi alicujus volunt etiam expresse mihi præstare obedientiam, non debeo eam capere, quia non possunt illi in me transferre jus in eis per alium possessum, facit ad prædicta cap. cum dilectus, de jure patronat. Ita Abbas, cui addo quæ notavi infra *quæst. sequente* n. 2. & notata per Oldratum conf. 79. & quæ præcedenti libro attuli in quæstione utrum confessio exempto præjudicet *quæst. 13. vide Fel. e. cum olim* n. 3. fol. 62. de præscript. & doctè per Robum de Curie tract. de jure patron. verb. *competens* n. 33. Præterea quod alibi tradit Abbas. in c. cum Ecclesia. n. 24. sub fin. cum add. in verb. *quasi possessio de causa possess.* & propriè, his verbis: Si unus Episcopus in domo alterius Episcopi hospitaretur mille vicibus, aut miles in domo alterius militis, non per hoc probaretur quæ sita quasi possessio, nisi subdit aliqua præsumptio, puta quod talis fuisset, qui consueverat exgere ex debito juris communis, puta Episc. visitando recipiebatur & procurabatur in domo subditi, vel Exempti, & exercebat ea quæ pertinent ad visitationem scientibus & consentientibus illis, qui hoc prohibere poterant, tunc enim præsumeretur quæ sita quasi possessio arg. infra de præscript. c. cum ex officii & ea. cum olim de cen. hibus cap. sopitis & Rom. conf. 18. Ita ille. quibus addi poterunt quæ late traduntur per Franc. Bald. tract. de præscript. in 10. quæst. 1. part. 3. part. principalis & alibi per eum passim, ad quem brevitatis gratia relego lectorem.

QUESTIO XII.

Exemptio an præscriptione amittatur?

SUMMARIUM.

- | | |
|--|--|
| 1. Exemptio amittitur præscriptione quæ dragenaria. | 8. Exempti præjudicare non possunt Exemptioni. |
| 2. Adesse debet scientia superioris. | 9. Præscriptio continetur sub alienatione. |
| 3. Nec satis est, si officiali scientia accedat, nisi probetur de scientia Domini. | 10. Exemptio cum clausula irritante amitti non potest præscriptione. |
| 4. 6. 7. Exempti possunt se tueri ob non completam præscriptionem respectu Papa. | 11. Decretum irritans inficit titulum, ligatque ignorantiss. |
| 5. De juratorum quando possit excipi. | Acquiri |

Aquiri præscriptione supra traditum est par. 1. quæst. 6. nunc investigandum, an eodem titulo amittantur, qua de re etiam Antonius de Butrio & Dostobertachinus tract. de Episcopo lib. 4. quæst. 20. secunda partis. Balb. de præscript. parte 1. quinta partis quæst. 12. n. 7. vers. quid autem. Abb. ca. ad audientiam n. 12. & segg. de præscript. tradiderunt, contra exemptionem præscripti curriculum annorum quadraginta, eoque temporis spatio Exemptos in potestatem & jurisdictionem sui ordinarii recedere. late Abb. d. n. 12. & segg.

Nec mirum, id enim expolcit natura correlativorum, ut quemadmodum inferior adversus superiorem præscriptione temporis libertatem acquirit, ita quoque superior eodem titulo superioritatem & jurisdictionem recuperare possit, ut late in præscriptione jurium Episcopaliū tradit Balbus ubi supra quæst. 10. 11. 12. pariterque in præscriptione emancipationis seu existentie sui juris, ac in potestatem seu subjectionem reversionis, in 2. parte quarta parte 3. quæst. 6. & partis quæst. 7. & 8. Regulari enim hæc Exemptionum jura ad instar emancipationum manumissionumve initio hujus operis ex Rebuffo & aliis probatum est lib. 1. quæst. 1.

Porro, in hac præscriptione notandum, non sufficere curriculum præscripti temporis titulum, sed præterea oportet adit scientia superioris, cui Exempti subijciebantur. Quippè quod in ejusmodi incorporalibus quasi possessio, & per consequens præscriptio non quaratur, nisi data scientia illius ad quem jus illud spectat. Doct. Capit. decif. 57. l. pen. ff. de servit. l. 1. & 2. ubi Barib. C. eod. & in l. 1. §. denique ff. de aqua pluvia arcend. in l. 1. §. fin. ff. de itinere actusque privat. expressim Abbas cap. cum dilectus n. 7. per tot. de Relig. dom. in cap. conquerente num. 8. de offic. ord. Barib. l. si publicanus §. 2. ff. de publicanis. Fel. cap. audis de præscript. dixi quæst. precedente n. 1. & 2.

Ideo & in simili exemptionum præscriptione scientia ejus quem res tangit requiritur, nec satis est si adit scientia alicujus ejus substituti seu officialis. Barib. & Capit. supra Salic. l. 2. vers. Sed. non C. nova Vestigalia Jason. l. imperium col. 14. vers. circa illud ff. de jurisd. om. jud. expresse Bald. l. 1. in pr. in 2. lect. ff. de officio ejus.

Ad hæc notandum quoque, licet contra exemptionem præscribatur annis quadraginta, poterunt tamen Exempti, qui immediate Rom. Pontifici subijciuntur, se tueri præscriptione centenaria nondum completa, ut parte prima quæst. 35. probatum est. Nam translaticium est, quod quis ex jure tertii sese defendere possit, quod est exclusivum juris agentis. cap. mandatum de rescript. cap. cum dilectus de jure patron. cap. auctoritate de concess. præbende late Salsus l. qui cum ff. de except. rei jud. in l. sciendum §. sed si n. 3. ff. de separat. & cons. 12. n. 76. 77. & 113. Rot. decif. 1. n. 3. ut lite pendet. in antiquiorib. & decif. 5. eod. tit. in antiquis. Abb. c. licet n. 3. cum ca. de suppl. neglig. pral. & d. cap. ad audientiam n. 12. vers. in contrarium.

Atqui, certum est (inquit Abbas) quod contra Ecclesiam Romanam etiam respectu

spe seu juris, quod habet in Ecclesia Exempta, non currat præscriptio nisi centenaria, cap. cum dilecta de confirmat. autli. Et dicitur supra quest. 35. Ergo potest Ecclesia inferior dicere Episcopo, non potes erga nos uti jurisdictione, quia sumus immediate subiecti Ecclesie Romanæ, contra quam non est completa præscriptio centenaria, ita verbatim Abbas d. cap. ad audientiam num. 12. vers. in contrarium. Et post eum etiam nominatim Fel. ubi num. 17. Ratio est, quia ejusmodi exempti præjudicare non possunt suæ exemptioni. tex. cap. cum tempore de arbit. Fel. d. numer. 17. Et dixi part. 2. q. 6. Et 7. Tum quod Papa interfit multos habere sibi immediate subiectos. Clem. Pastoralis de re judic. Rebuff. resp. 142. Tum quod exemptorum omnium interfit non mutare immediatum Dominum maxime Papam, quo nullus in orbe major. Innoc. cap. fin. de major. Et obed. not. in cap. audis. Et per Abbat. d. cap. ad audientiam num. 13. Præjudicare autem viderentur, si pro libitu & arbitrio in Exemptione sua præscriptionem pateretur. Quippe quod qui præscribi permitti dicatur, etiam alienare & juri privilegiove suo renunciare. l. alienationis verbo ff. de vrb. signif. ubi Rebuff. Et DD. Redoanus tract. de Rebus Ecclesia non alienandis quest. 2. cap. 2. num. 6. Et seq. Ideoque Regulariter à quo removetur alienatio, seu juris proprii repudiatio, ab eodem etiam removetur præscriptio. d. l. alienationis. Et l. cum sponsus §. sed si talis ff. de public. in rem act. Unde res dotales, Ecclesiasticæ, minorum similesque lub prædicta alienatione comprehensæ, prohibentur etiam præscribi. l. 1. §. cum lex. C. de rei uxor. act. l. 1. ff. de fundo dot. l. sed si pecunia §. nec usu fruct. ff. de reb. eorum l. 1. C. ne res Dominica vel templo- rum vendicatio temporis præscriptione submoveatur. Redoan. d. num. 6. Idque non modo in rebus corporalibus, sed etiam in incorporalibus juribus, actionibus, Exemptionibus, quas quia ita negligit, ut tempore vel præscriptione pereant, res suas ditionibus, & labefactare judicatur. l. 1. §. quod si in lue ff. que in fraud. patroni DD. l. fin. C. de in quibus causis restit. in integ. non est necess. Bald. Et DD. Auth. hoc ius porrectum C. de sacros. Eccl. Fabianus de Monte tract. de empr. Et vendit. questionis quarta quest. 21. num. 14. Redoan. d. cap. 2. ubi late. Pallit autem hæc conclusio, quando exemptioni adjecta est clausula irritans seu prohibitiva, tum enim per contraventionem aut per præscriptionem Exemptio amitti non potest. Fel. cap. cum accessissent num. 30. vers. quarta limita de constit. Alex. cons. 103. lib. 2. Rot. dec. 3. de privileg. in antig. Menoch. lib. 6. præf. 41. num. 10. Archid. cap. cum de beneficio de præbend. in 6. Abb. infra cap. pro illarum nu. 4. de præbend. secus inquit Rota d. dec. 3. quando privilegium simpliciter est concessum.

Ratio hujus fallentis est, quia præscriptio non datur ubi deest titulus, & bona fides cum possessione. Abb. cap. cum nostris de concess. præb. Decretum autem irritans inficit titulum & possessionem, Capua q. dec. 18. Flamin. de resignat. lib. 6. quest. 5. numer. 57. ligatque ignorantes Flam. de resign. lib. 5. quest. 6. num. 220. Afficitque omnia que sequuntur, ut nec juris effectum nec fomentum habeant. Idem. Flam. lib. 11. q. 7. num. 12.

K k

QVÆSTIO XIII.

Exemptiones an amittantur per non usum?

QVÆstio hæc affinis est præcedenti, quam panormitanus discutiens dicit test in ea fuisse sententias, quot capita, in cap. cum accessissent nu. 6. ubi etiam latissimè Felin. nu. 23. & seqq. de constitu. ubi ceteratim omnes. Paucis, non attinent hic que Doctores variis in locis de privilegio affirmative concepto seu quod in faciendo, consistit attulerunt, censuerunt enim passim illud amitti, cum privilegatus decennio usus non fuit, si illo voluntarie uti potuisset, non autem si ob necessitatem non evenerentem usus non sit ex eo quod occasio utendi se non obtulerit, tunc enim quia nulla negligentia culpa non utenti imputari potest, privilegium non amittitur, etiam si illo ultero hominum memoriam, imo mille annos non sit usus. D. D. l. fin. ubi Paulus. numer. 25. de constitu. princip. Et in l. falso C. de divers. rescript. late Gaill. lib. 2. obser. 60. num. 1. & seqq. Abbas cap. Abbate n. 18. cum Apost. de verb. sig. quod latius prosequi oportet præteritum nunc non duxi, si sit opus, adiri poterunt ipsi fontes, è quibus omnia velut ex cornu copiarum hauriantur. Incidenter autem hic queri potest, cui incumbat probatio usus privilegii? In ea sic distinguit Rota novissima. decis. 67. per rot. par. 2. Aut usus privilegii à privilegiato allegatur, & tunc illius usus præsumitur. Gregent. decis. 79. Aut privilegiatus negat usum privilegii, & tunc privilegii usum alleganti probationis onus incumbit. Archid. decis. 1. de probat.

QVÆSTIO XIV.

An amittatur per contrarium actum?

SUMMARIUM.

1. Immunitas privata persona concessa, amittitur contrario actu.
2. Nisi fiat protestatio.
3. Ex unica solutione redditus agi potest ad satisfactionem solutionum.
4. Exemptio habens clausulam irritantem nulla contraventione amittitur.
5. Communitas non perdit privilegium nisi longissimo tempore.

Distin-